rias tam Romanas quam Germanicas egregie docti penitius hoc in argumentum cœperunt inquirere, tantum abeſt, ut antiquæ & vulgatæ inhæſerint opinioni, ut contra eandem gravibus rationibus impugnantes, Germanicum noſtrum Imperium nequaquam actu pro Romano habendum eſſe, aſſeruerint.

§. II. Quoniam igitur hoc ipſum non niſi beneficio hiſtoriarum definiri poteſt, illis ad fidem excuſſis, an & quomodo ad Germanos noſtros pervenerit, creverit, ac imminutum quoque fuerit Imperium, ſincere diſpiciemus.

§. III. Vrbem Romam a principio Reges habuiſſe; pulſo Tarquinio libertatē & duum viralem Conſulatum cœpiſſe; extincta Pompeji potentia CAJVM JVLIVM CÆSAREM ſupra Conſulare imperium valuiſſe; eodem in curia occiso, Lepidi atq; Antonii arma OCTAVIO AVGVSTO ceſſiſſe; deinceps callidis-